THEOREMATA NONNVLLA GENERALIA DE TRANSLATIONE CORPORVM RIGIDORVM

Auctore A. J. Lexell

Novi Commentarii Academiae Scientiarum Imperialis Petropolitanae
pro Anno MDCCLXXV, Tom. XX, pp. 239-270

1.

Cum Illustris *Eulerus* de translatione corporum rigidorum nuper agens, elegantissimam hanc detexisset proprietatem, quod in quacunque translatione corporis rigidi, semper detur linea recta, quae situm teneat parallelum ei, quem in statu initiali habuit; simulque ostendisset vt hoc locum inueniat, expressionem quandam Analyticam ad nihilum redigi debere, quod tamen quomodo fiat, ob terminos qui hanc expressionem ingrediuntur complicatiores, aliis penitus enucleandum relinquere est coactus; admonitione itaque Illustri Viri incitatus in animum induxi, vt demonstrationem inuestigarem, qua perspicue ostendi posset, aequationi isti Analyticae in omni translatione corporis rigidi satisfieri, sicque etiam ex principiis Analyticis egregiam istam veritatem prorsus extra dubium poni, quod in situ translato detur talis recta, quae parallelum teneat situm ei, quem in statu initiali habuit. Dum igitur hanc demonstrationem heic explicandam constitui, e re esse duxi nonnullas quoque alias meditationes de translatione corporum praemittere ; partim quia ad istam demonstrationem inueniendam viam mihi praeparararerunt, tum etiam quod inseruire poterunt, ad ea vberius confirmanda, quae Illustris *Eulerus* de hac translatione docuit.

Lemma I.

2. *Sumtis in superficie sphaerica (vide Figuarae 1 & 2) tribus punctis* A, B, C, *quadrantibus a se inuicem distantibus, si bina quaecunque alia puncta* M, N *in eadem supeficie assumta, tam inter se, quam cum illis punctis* A, B, C *arcubus circulorum maximorum iungantur, erit*:

$$\cos \mathrm{MN} = \cos \mathrm{AM} \cos \mathrm{AN} + \cos \mathrm{BM} \cos \mathrm{BN} + \cos \mathrm{CM} \cos \mathrm{CN}.$$

Demonstratio.



Concipiantur arcus AM, AN producti vsque dum circulo maximo BC occurrant in P et Q. Quum igitur sit

$$\cos \mathrm{MN} = \cos \mathrm{AM} \cos \mathrm{AN} + \sin \mathrm{AM} \sin \mathrm{AN} \cos \mathrm{MAN},$$

angulus autem MAN sit vel = MAC − NAC, vel MAN + NAC vtrumque hunc casum seorsim considerabimus (Fig. 1). Sit igitur *primo*

$$\mathrm{MAN} = \mathrm{MAC} - \mathrm{NAC}, \text{ eritque}$$

$$\cos \mathrm{MAN} = \cos \mathrm{MAC} \cos \mathrm{NAC} + \sin \mathrm{MAC} \sin \mathrm{NAC},$$

hoc igitur valore pro cos MAN substituto, consequemur

$$\cos \mathrm{MN} = \cos \mathrm{AM} \cos \mathrm{AN} + \sin \mathrm{AM} \sin \mathrm{AN} (\cos \mathrm{MAC} \cos \mathrm{NAC} + \sin \mathrm{MAC} \sin \mathrm{NAC})$$

Est vero,

$$\begin{gathered}
\sin \mathrm{AM} \cos \mathrm{MAC} = \cos \mathrm{MP} \cos \mathrm{PC} = \cos \mathrm{MC} \\
\sin \mathrm{AN} \cos \mathrm{NAC} = \cos \mathrm{NQ} \cos \mathrm{QC} = \cos \mathrm{NC} \\
\sin \mathrm{AM} \sin \mathrm{MAC} = \cos \mathrm{MP} \cos \mathrm{BP} = \cos \mathrm{BM} \\
\sin \mathrm{AN} \sin \mathrm{NAC} = \cos \mathrm{NQ} \cos \mathrm{BQ} = \cos \mathrm{BN}
\end{gathered}$$

ex quo euidenter colligitur (Fig. 2),

$$\cos \mathrm{MN} = \cos \mathrm{AM} \cos \mathrm{AN} + \cos \mathrm{BM} \cos \mathrm{BN} + \cos \mathrm{CM} \cos \mathrm{CN}.$$



Secundo si sit MAN = MAC + NAC erit,

$$\cos \mathrm{MAN} = \cos \mathrm{MAC} \cos \mathrm{NAC} - \sin \mathrm{MAC} \sin \mathrm{NAC}, \text{ hinc}$$

$$\cos \mathrm{MN} = \cos \mathrm{AM} \cos \mathrm{AN} + \sin \mathrm{AM} \sin \mathrm{AN} \,(\cos \mathrm{MAC} \cos \mathrm{NAC} - \sin \mathrm{MAC} \sin \mathrm{NAC}),$$

tum vero erit

$$\begin{gathered}
\sin \mathrm{AM} \cos \mathrm{MAC} = \cos \mathrm{MP} \cos \mathrm{CP} = \cos \mathrm{CM} \\
\sin \mathrm{AN} \cos \mathrm{NAC} = \cos \mathrm{NQ} \cos \mathrm{CQ} = \cos \mathrm{CN} \\
\sin \mathrm{AM} \sin \mathrm{MAC} = \cos \mathrm{MP} \cos \mathrm{BP} = \cos \mathrm{BM} \\
\sin \mathrm{AN} \sin \mathrm{NAC} = -\cos \mathrm{NQ} \cos \mathrm{BQ} = -\cos \mathrm{BN}
\end{gathered}$$

ex quo etiam nunc sit

$$\cos \mathrm{MN} = \cos \mathrm{AM} \cos \mathrm{AN} + \cos \mathrm{BM} \cos \mathrm{BN} + \cos \mathrm{CM} \cos \mathrm{CN}.$$

Theorema I.

3. *Si sphaera circa centrum suum fixum vtcunque conuertatur, vt puncta* A, B, C *quadrantibus inter se distantia perueniant in puncta* a, b, c, *tum punctum quodcunque* Z *ita transferetur in* z, *vt sit*

$$\begin{gathered}
\cos z\mathrm{A} = \cos \mathrm{ZA} \cos \mathrm{A}a + \cos \mathrm{ZB} \cos \mathrm{A}b + \cos \mathrm{ZC} \cos \mathrm{A}c \\
\cos z\mathrm{B} = \cos \mathrm{ZA} \cos \mathrm{B}a + \cos \mathrm{ZB} \cos \mathrm{B}b + \cos \mathrm{ZC} \cos \mathrm{B}c \\
\cos z\mathrm{C} = \cos \mathrm{ZA} \cos \mathrm{C}a + \cos \mathrm{ZB} \cos \mathrm{C}b + \cos \mathrm{ZC} \cos \mathrm{C}c
\end{gathered}$$

Demonstratio.

Quia situs puncti z respectu punctorum a, b, c idem est, ac situs puncti Z respectu punctorum A, B, C, erit za=ZA; zb=ZB; zc=ZC. Per Lemma autem modo demonstratum constat esse

$$\begin{gathered}\cos z\mathrm{A} = \cos za \cos \mathrm{A}a + \cos zb \cos \mathrm{A}b + \cos zc \cos \mathrm{A}c\\ \cos z\mathrm{B} = \cos za \cos \mathrm{B}a + \cos zb \cos \mathrm{B}b + \cos zc \cos \mathrm{B}c\\ \cos z\mathrm{C} = \cos za \cos \mathrm{C}a + \cos zb \cos \mathrm{C}b + \cos zc \cos \mathrm{C}c\end{gathered}$$

vnde si pro za, zb, zc substituantur ZA, ZB, ZC, prodibunt aequalitates in Theoremate nostro expressae.

4. Consimili quoque ratione ostendi posset esse:

$$\begin{gathered}\cos \mathrm{Z}a = \cos za \cos a\mathrm{A} + \cos zb \cos a\mathrm{B} + \cos zc \cos a\mathrm{C}\\ \cos \mathrm{Z}b = \cos za \cos b\mathrm{A} + \cos zb \cos b\mathrm{B} + \cos zc \cos b\mathrm{C}\\ \cos \mathrm{Z}c = \cos za \cos c\mathrm{A} + \cos zb \cos c\mathrm{B} + \cos zc \cos c\mathrm{C}\end{gathered}$$

per quas formulas puncti Z in statu initiali situs, ad puncta a, b, c determinatur.

5. Si punctum z in ipsum Z incidat, ideoque Z sit punctum quod post conuersionem sphaerae eandem tenet situm, ac in statu initiali, aequationes supra in Theoremate allatae, in has transformabuntur:

$$\begin{gathered}\cos \mathrm{ZA}\ (\cos \mathrm{A}a{-}1) + \cos \mathrm{ZB} \cos \mathrm{A}b + \cos \mathrm{ZC} \cos \mathrm{A}c = 0\\ \cos \mathrm{ZA} \cos \mathrm{B}a{+} \cos \mathrm{ZB}\ (\cos \mathrm{B}b{-}1) + \cos \mathrm{ZC} \cos \mathrm{B}c = 0\\ \cos \mathrm{ZA} \cos \mathrm{C}a + \cos \mathrm{ZB} \cos \mathrm{C}b + \cos \mathrm{ZC}\ (\cos \mathrm{C}c{-}1) = 0\end{gathered}$$

Nunc si breuitatis gratia, loco harum aequationum sequentes adhibeatur:

$$\text{I.}\quad \alpha x + \beta y + \gamma z = 0 \qquad \text{II.}\quad \alpha' x + \beta' y + \gamma' z = 0 \qquad \text{III.}\quad \alpha'' x + \beta'' y + \gamma'' z = 0 \tag{1}$$

vbi $x = \cos \mathrm{AZ}$; $y = \cos \mathrm{BZ}$; $z = \cos \mathrm{CZ}$; $\alpha = \cos \mathrm{A}a - 1$; $\beta = \cos \mathrm{A}b$; $\gamma = \cos \mathrm{A}c$; $\alpha' = \cos \mathrm{B}a$; $\beta' = \cos \mathrm{B}b - 1$; $\gamma' = \cos \mathrm{B}c$; $\alpha'' = \cos \mathrm{C}a$; $\beta'' = \cos \mathrm{C}b$; $\gamma'' = \cos \mathrm{C}c - 1$, ex prima et secunda inter se comparatis, obtinemus

$$\Big(\frac{\beta}{\alpha} - \frac{\beta'}{\alpha'}\Big)y + \Big(\frac{\gamma}{\alpha} - \frac{\gamma'}{\alpha'}\Big)z = 0, \tag{2}$$

tumque ex prima et tertia

$$\Big(\frac{\beta}{\alpha} - \frac{\beta''}{\alpha''}\Big)y + \Big(\frac{\gamma}{\alpha} - \frac{\gamma''}{\alpha''}\Big)z = 0, \tag{3}$$

vnde per priorem colligitur

$$\frac{y}{z} = \frac{\alpha\gamma - \alpha'\gamma}{\beta\alpha' - \beta'\alpha} \quad \text{et per posteriorem} \quad \frac{y}{z} = \frac{\alpha\gamma'' - \alpha''\gamma}{\beta\alpha'' - \beta''\alpha}, \tag{4}$$

quibus valoribus inter se aequatis, prodit haec aequatio :

$$(\alpha\gamma' - \alpha'\gamma)(\beta\alpha'' - \beta''\alpha) = (\alpha\gamma'' - \alpha''\gamma)(\beta\alpha' - \beta'\alpha) \tag{5}$$

quae euolutione facta in sequentem contrahitur

$$\alpha\beta'\gamma'' - \alpha\gamma'\beta'' - \alpha'\beta\gamma'' - \alpha''\beta'\gamma + \alpha''\beta\gamma' + \alpha'\beta''\gamma = 0. \tag{6}$$

Introductis vero nunc pro α, β, γ etc. valoribus quibus aequales supponebantur, aequatio nostra sic habebitur expressa :

$$\begin{aligned}(\cos \mathrm{A}a - 1)(\cos \mathrm{B}b - 1)(\cos \mathrm{C}c - 1) - \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b(\cos \mathrm{A}a - 1) - \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{A}b(\cos \mathrm{C}c - 1)\\ - \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{A}c(\cos \mathrm{B}b - 1) + \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c + \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}b = 0.\end{aligned} \tag{7}$$

Haec autem aequatio perfecte congruit cum illa expressione Analytica, quam Illust. *Eulerus* in Dissertatione de translatione corporum rigidorum §22. adfert, modo obseruatur quantitates per F, G, H etc. ibi expressas, heic ita indigitari, vt sit:

$$\begin{gathered}\mathrm{F} = \cos\ \mathrm{A}a;\ \mathrm{G} = \cos\ \mathrm{B}a;\ \mathrm{H} = \cos\ \mathrm{C}a;\\ \mathrm{F}' = \cos\ \mathrm{A}b;\ \mathrm{G}' = \cos\ \mathrm{B}b;\ \mathrm{H}' = \cos\ \mathrm{C}b;\\ \mathrm{F}'' = \cos\ \mathrm{A}c;\ \mathrm{G}'' = \cos\ \mathrm{B}c;\ \mathrm{H}'' = \cos\ \mathrm{C}c;\end{gathered}$$

Quamuis autem ex ipsa Dissertatione modo allata haec identitas non perfecte innotescat, infra occasio dabitur ostendendi, quod illa omnino locum habeat. Interim obseruare iuuat, relationes illas pro litteris F, G, H etc. ab Illustro *Eulero* allata in §18. Dissertationis suae, omnino locum habere, si his litteris valores mox assignati tribuantur. Est enim

$$\text{I.}\quad \cos^2 \mathrm{A}a + \cos^2 \mathrm{B}a + \cos^2 \mathrm{C}a = 1 \tag{8}$$
$$\text{II.}\quad \cos^2 \mathrm{A}b + \cos^2 \mathrm{B}b + \cos^2 \mathrm{C}b = 1 \tag{9}$$
$$\text{III.}\quad \cos^2 \mathrm{A}c + \cos^2 \mathrm{B}c + \cos^2 \mathrm{C}c = 1 \tag{10}$$

tumque per Lemma nostum I:

$$\text{IV.}\quad \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{A}b + \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{A}b + \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{A}b = \cos ab = 0 \tag{11}$$
$$\text{V.}\quad \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{A}c + \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{B}c + \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{C}c = \cos ac = 0 \tag{12}$$
$$\text{VI.}\quad \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{A}c + \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{B}c + \cos \mathrm{C}b \cos \mathrm{C}c = \cos bc = 0. \tag{13}$$
$$\tag{14}$$

6. Quod si iam demonstrari queat, in omni conuersione sphaerae circa centrum suum fixum, expressionem istam

$$\begin{aligned}(\cos \mathrm{A}a - 1)(\cos \mathrm{B}b - 1)(\cos \mathrm{C}c - 1) - \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b(\cos \mathrm{A}a - 1) - \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{A}b(\cos \mathrm{C}c - 1)\\ - \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{A}c(\cos \mathrm{B}b - 1) + \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c + \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}b\end{aligned} \tag{15}$$

ad nihilum redigi; patebit omnino existere in eius superficie aliquod punctum Z, quod post conuersionem in eodem sit loco, ac in statu initiali reperiebatur. Verum antequam hanc demonstrationem suscipiamus, operae pretium erit explicare, quomodo formulae Theorematis nostri primi ad exprimendam translationem puncti cuiuslibet in corpore rigido adhiberi queant. Heic autem obseruamus, omnem translationem corporis rigidi duplici esse generis, quorum prius eam complectitur loci mutationem, qua omnes corporis particulae secundum directiones inuicem parallelas feruntur, quae translatio alioquin nomine motus progressiui venire solet. Posterius vero translatione genus in se continet conuersionem corporis circa punctum quoddam fixum, vbi quidem perinde est, siue hoc punctum intra ipsum corpus, seu extra id assumi concipiatur. Mentem igitur si primo abstrahamus a motu progressiuo, solam conuer-



Fig. 4.

sionem circa punctum fixum considerantes (Tab III, Fig. 5), concipiamus punctum illud fixum esse in I et per hoc punctum duci ternos axes IA, IB, IC inter se normales, ad quos situs puncti cuiuslibet corporis Z, in statu initiali referantur per ternas coordinatas IX, XY, YZ, tum vero supponamus conuersione corporis facta circa punctum I, punctum Z peruenisse in z, huiusque situm determinari per coordinatas Ix, xy, yz, existente distantia Iz=IZ, quam distantiam littera s designemus. Si nunc intelligatur, sphaeram cum corpore nostro firmiter esse connexam, cuius centrum sit in I et semidiameter aequalis ipsi s (Fig. 5 & 4), axes vero IA, IB, IC occurrere huic sphaerae in punctis A, B, C, haecque puncta conuersione corporis facta circa I in puncta a, b, c peruenisse; facile patet angulos AIz, BIz, CIz Fig. 5. respectiue aequales esse arcubus Az, Bz, Cz Fig. 4. Atqui est $\frac{\mathrm{I}x}{\mathrm{I}z} = \cos \mathrm{BI}z = \cos \mathrm{B}z$; $\frac{xy}{\mathrm{I}z} = \cos \mathrm{CI}z = \cos \mathrm{C}z$; $\frac{xy}{\mathrm{I}z} = \cos \mathrm{AI}z = \cos \mathrm{A}z$; quare si dicantur,

$$\mathrm{I}x = x; \quad xy = y; \quad yz = z; \quad \text{consequemur} \tag{16}$$

$$\frac{x}{s} = \cos \mathrm{B}z; \quad \frac{y}{s} = \cos \mathrm{C}z; \quad \frac{z}{s} = \cos \mathrm{A}z. \tag{17}$$



Simili modo fiet

$$\frac{\mathrm{IX}}{\mathrm{IZ}} = \cos \mathrm{BZ}; \quad \frac{\mathrm{XY}}{\mathrm{IZ}} = \cos \mathrm{C}Z; \quad \frac{\mathrm{XZ}}{\mathrm{IZ}} = \cos \mathrm{A}z, \tag{18}$$

vnde si IX, XY, YZ respectiue exprimantur per litteras X, Y, Z obtinebimus:

$$\frac{\mathrm{X}}{s} = \cos \mathrm{BZ}; \quad \frac{\mathrm{Y}}{s} = \cos \mathrm{CZ}; \quad \frac{\mathrm{Z}}{s} = \cos \mathrm{A}z, \tag{19}$$

Hinc ope formularum Theorematis nostri primi, sequentes pro x, y, z deducimus expressiones

$$z = \mathrm{Z} \cos \mathrm{A}a + \mathrm{X} \cos \mathrm{A}b + \mathrm{Y} \cos \mathrm{A}c \tag{20}$$

$$x = \mathrm{Z} \cos \mathrm{B}a + \mathrm{X} \cos \mathrm{B}b + \mathrm{Y} \cos \mathrm{B}c \tag{21}$$

$$y = \mathrm{Z} \cos \mathrm{C}a + \mathrm{X} \cos \mathrm{C}b + \mathrm{Y} \cos \mathrm{C}c \tag{22}$$

vnde patet modo cognoscantur coordinatae puncti Z pro statu initiali, et translationes punctorum A, B, C in puncta a, b, c, etiam situm puncti Z translatum in z, facile determinari posse.

7. Iam si in translatione corporis, etiam motus progressiui rationem habere velimus (Fig. 6); concipiamus interea dum corpus conuertitur circa I, ipsum hoc punctum peruenisse in i, eiusque puncti situm determinari per ternas coordinatas If, fg, gi, quas respectiue litteris f, g, h exprimamus. Deinde punctum Z translatione facta, iam in z esse concipiatur, et situs huius puncti z determinetur per coordinatas Ix', $x'y'$, $y'z$, quas per litteras x', y', z' respectiue designemus ; quo facto leui attentione adhibita patebit esse in Fig. 6. I$x'$$-If$=I$x$ Fig. 5, simili modo $x'y' - fg = xy$ tumque $zy' - ig = zy$; quod omnino rigorosa demonstratione firmari poterit, si modo per i ductae concipiantur tres lineae ia, ib, ic parallelae ipsis IA, IB, IC ; quas tamen in nostra figura, ne nimis euaderet complicata, non expressimus. Hinc igitur colligitur $x' = f + x$; $y' = g + y$; $z' = h + z$, quare si valores modo pro x, y, z inuenti adhibeantur, has



expressiones pro x', y', z' consequemur :

$$x' = f + \mathrm{X}\cos \mathrm{B}b + \mathrm{Y}\cos \mathrm{B}c + \mathrm{Z}\cos \mathrm{B}a \tag{23}$$

$$y' = g + \mathrm{X}\cos \mathrm{C}b + \mathrm{Y}\cos \mathrm{C}c + \mathrm{Z}\cos \mathrm{C}a \tag{24}$$

$$z' = h + \mathrm{X}\cos \mathrm{A}b + \mathrm{Y}\cos \mathrm{A}c + \mathrm{Z}\cos \mathrm{A}a \tag{25}$$

ita vt pro determinandis x', y', z', translationem tam puncti I per ordinatas f, g, h expressam, quam conuersionem corporis circa punctum I per arcus Aa, Bb, Cc determinatam, cognoscere oporteat. Formulae autem hae allatae conferantur cum illis, quas Illustris *Eulerus* inuenerat §10. Dissertationis saepius commemoratae ; nunc omnino euidenter constabit, litteris F, G, H etc. eos tribuendos esse valores, quos ipsis supra assignauimus. In formulis vero his pro x', y', z' licet nouem occurrant quantitates ad translationes punctorum A, B, C spectantes ; tamen quum reliquae ex his tribus cos Aa, cos Bb, cos Cc, vti mox videbimus, determinentur ; situs puncti z per sex eleenta coordinatas scilicet, f, g, h et arcus Aa, Bb, Cc, perfecte determinatus esse censebitur.

Problema.

8. *Pro quacunque conuersione sphaerae circa centrum suum fixum, inuenire punctum in eius superficie, quod post conuersionem in eodem reperiatur loco, ac quo erat ante conuersionem.*

Solutio.

In superficie sphaerae (Fig. 7) accipiatur arcus quicunque AB, qui per conuersionem sphaerae in ab peruenisse supponitur, ita vt punctum A peruenerit in a et B in b, iungatur autem Aa, Bb arcubus circulorum maximorum. Bisecentur hi arcus Aa, Bb in punctis E et F, atque ducantur arcus EZ, FZ normales ad Aa, Bb, quorum mutuus occurius in Z, dabit punctum, quod post conuersionem in eodem reperitur loco, ac in situm initiali erat. Quum nimirum sit AE = aE, ang. AEZ = ang. aEZ = 90° et EZ communis triangulis AEZ, aEZ, fiet AZ = aZ ;



simili modo erit BZ $=$ bZ. Iam in triangulis AZB, aZb, est AZ $=$ aZ, BZ $=$ bZ et AB $=$ ab, erit igitur ang. ABZ $=$ abZ et BAZ $=$ baZ ; ex quo patet punctum Z respectu arcus ab perfecte eundem tenere situm, ac respectu arcus AB, ideoque hoc punctum in eodem esse loco, ac ante conuersionem erat.

9. Mirum forsan alicui videbitur, quod huius Problematis resolutionem adgressus sim, antequam demonstrauerim formulam istam §. 5 allatam ad nihilum redigi ; quippe quum videatur hanc solutionem nequaquam in potestate esse, nisi expressio ista in omni conuersione sphaerae locum habeat. At primum quidem obseruandum est, licet Problema ipsum solutionem admittere non queat, nisi aequatio ista §. 5. vera sit ; tamen impsam solutionem Problematis independenter ab hac aequatione adornari posse, tumque ex ipsa indole solutionis facile perspici, an semper et omni casu locum habeat. In nostra quidem solutione, nullum dubium est, quin arcus EZ et FZ normales ad Aa et Bb se intersecent, vnico excepto casu, quo coincidunt ; tum vero arcus iste EZF transibit per punctum in quo arcus AB, ab se intersecant, immo istud punctum intersectionis iam cum puncto Z coincidet ; dubitare igitur non licet, quin Problema nostrum semper veram et realem admittat solutionem. Deinde ea quidem de caussa praeprimis hanc solutionem heic adornandam censui, vt modum mihi patefaceret, quo ex datis arcubus Aa, Bb, Cc determinationem puncti Z susciperem, quae inuestigatio mihi interuiret ad detegendas relationes, quae inter arcus Aa, Bb, Cc et Ab, Ac, Ba, Bc, Ca, Cb intercedunt (Fig. 3).

10. Vt nunc intelligatur, quomodo punctum Z per arcus Aa, Bb, Cc determinetur, supponamus hos arcus bisecari per arcus EZ, FZ, GZ ipsis respectiue normales, qui arcus EZ, FZ, GZ in eodem puncto Z concurrent; tum vero erit:

$$\sin^2 \mathrm{AZ} \sin^2 \frac{1}{2} \mathrm{AZ}a = \sin^2 \frac{1}{2} \mathrm{A}a \tag{26}$$

$$\sin^2 \mathrm{BZ} \sin^2 \frac{1}{2} \mathrm{BZ}b = \sin^2 \frac{1}{2} \mathrm{B}b \quad \text{et} \tag{27}$$



$$\sin^2 \mathrm{CZ} \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{CZ}c = \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c \tag{28}$$

ideoque ob AZa=BZb=CZc,

$$\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{AZ}a(\sin^2 \mathrm{AZ} + \sin^2 \mathrm{BZ} + \sin^2 \mathrm{CZ}) = \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c. \tag{29}$$

Hinc vero deducitur

$$\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{AZ}a(3 - \cos^2 \mathrm{AZ} + \cos^2 \mathrm{BZ} + \cos^2 \mathrm{CZ}) = \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c, \tag{30}$$

quae ob

$$\cos^2 \mathrm{AZ} + \cos^2 \mathrm{BZ} + \cos^2 \mathrm{CZ} = 1, \tag{31}$$

in sequentem abit aequationem:

$$2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{AZ}a = \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c. \tag{32}$$

Cuius loco etiam haec adhiberi potest,

$$2\cos^2 \mathrm{AZ}a = \cos^2 \mathrm{A}a + \cos^2 \mathrm{B}b + \cos^2 \mathrm{C}c - 1. \tag{33}$$

Deinde vero colligitur

$$\sin^2 \mathrm{AZ} = \frac{\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a}{\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{AZ}a} = \frac{2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a}{\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c} \tag{34}$$

$$\sin^2 \mathrm{AZ} = \frac{2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b}{\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c} \tag{35}$$

$$\sin^2 \mathrm{AZ} = \frac{2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a}{\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b + \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c}, \tag{36}$$

tumque omnino sponte ista conditio impletur, vt sit

$$\sin^2 \mathrm{AZ} + \sin^2 \mathrm{BZ} + \sin^2 \mathrm{CZ} = 2. \tag{37}$$

Expressiones vero hae sequenti quoque ratione transformari poterunt : quum sit

$$2\sin^2 \mathrm{AZ} = \frac{8\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a}{2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a + 2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b + 2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c}, \tag{38}$$

ob $2\sin^2 \mathrm{AZ} = 1 - \cos 2\mathrm{AZ}$; $2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a = 1 - \cos \mathrm{A}a$; $2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b = 1 - \cos \mathrm{B}b$; $2\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c = 1 - \cos \mathrm{C}c$, consequimur

$$1 - \cos 2\mathrm{AZ} = \frac{4(1 - \cos \mathrm{A}a)}{3 - \cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c}, \qquad \text{hincque} \tag{39}$$

$$\cos 2\mathrm{AZ} = \frac{3\cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c - 1}{3 - \cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c}, \tag{40}$$

similque modo

$$\cos 2\mathrm{BZ} = \frac{3\cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{C}c - 1}{3 - \cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c}; \quad \cos 2\mathrm{CZ} = \frac{3\cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c - 1}{3 - \cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c}; \tag{41}$$

ideoque

$$\cos 2\mathrm{AZ} + \cos 2\mathrm{AZ} + \cos 2\mathrm{AZ} = \frac{\cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c - 3}{3 - \cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c} = -1, \tag{42}$$

omnino vti esse oportet.



11. Vt vero iam quoque pateat, qua ratione arcus Ab, Ac, Ba, Bc, Ca, Cb per Aa, Bb, Cc determinentur; primum hos arcus, per ipsos AZ, BZ, CZ et angulum AZa determinemus. Constat autem esse

$$\begin{aligned}\cos \mathrm{A}a &= \cos^2 \mathrm{AZ} + \sin^2 \mathrm{AZ} \cos \mathrm{AZ}a && (43)\\ \cos \mathrm{B}b &= \cos^2 \mathrm{BZ} + \sin^2 \mathrm{BZ} \cos \mathrm{AZ}a && (44)\\ \cos \mathrm{C}c &= \cos^2 \mathrm{CZ} + \sin^2 \mathrm{CZ} \cos \mathrm{AZ}a. && (45)\end{aligned}$$

Porro est (vide Tab III, Fig. 4)

$$\cos \mathrm{A}b = \cos \mathrm{AZ} \cos b\mathrm{Z} + \sin \mathrm{AZ} \sin b\mathrm{Z} \cos \mathrm{AZ}b, \tag{46}$$

vnde ob bZ=BZ et angulum AZb=AZB−BZb, colligimus

$$\cos \mathrm{A}b = \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ} + \sin \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ} (\cos \mathrm{AZB} \cos \mathrm{BZ}b + \sin \mathrm{AZB} \sin \mathrm{BZ}b). \tag{47}$$



Est vero (Fig. 8) cos AZB = −cot AZ cot BZ, ex principiis Sphaericorum, hinc

$$\sin \mathrm{AZ} \sin \mathrm{BZ} \cos \mathrm{AZB} = -\cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ}.$$

Porro habetur quoque

$$\sin \mathrm{AZB} = \frac{\cos c\mathrm{Z}}{\sin \mathrm{AZ} \sin \mathrm{BZ}}, \tag{48}$$

id quod sequentem in modum demonstratur. Producatur arcus BZ, vsque dum circulo maximo AC in R occurrat, eritque

$$\sin \mathrm{AZ} \sin \mathrm{AZB} = \sin \mathrm{AR} = \cos \mathrm{CR} = \frac{\cos \mathrm{CZ}}{\cos \mathrm{ZR}} = \frac{\cos \mathrm{CZ}}{\sin \mathrm{BZ}}. \tag{49}$$

Hinc itaque colligitur

$$\sin \mathrm{AZ} \sin \mathrm{BZ} \sin \mathrm{AZB} = \cos \mathrm{CZ}. \tag{50}$$

Substitutis vero his valoribus, prodit:

$$\cos \mathrm{A}b = \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ}(1 - \cos \mathrm{BZ}b) + \cos \mathrm{CZ} \cos \mathrm{BZ}b. \tag{51}$$

Simili modo, ob

$$\cos \mathrm{B}a = \cos \mathrm{BZ} \cos a\mathrm{Z} + \sin \mathrm{BZ} \cos a\mathrm{Z} \sin \mathrm{BZ}a, \tag{52}$$

quum sit aZ=AZ et BZa=BZA+AZa, colligitur

$$\cos \mathrm{B}a = \cos \mathrm{BZ} \cos \mathrm{AZ} + \sin \mathrm{BZ} \cos \mathrm{AZ}(\cos \mathrm{AZB} \cos \mathrm{BZ}b - \sin \mathrm{AZB} \sin \mathrm{AZ}a) \tag{53}$$

quae ob

$$\sin \mathrm{BZ} \sin \mathrm{AZ} \cos \mathrm{AZB} = -\cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ} \quad \text{et} \quad \sin \mathrm{BZ} \sin \mathrm{AZ} \sin \mathrm{AZB} = \cos \mathrm{CZ}, \tag{54}$$

reducitur ad hanc

$$\cos \mathrm{B}a = \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ}(1 - \cos \mathrm{AZ}a) - \cos \mathrm{CZ} \sin \mathrm{AZ}a. \tag{55}$$

Simili modo has consequemur expressiones:

$$\cos \mathrm{A}c = \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{CZ}(1 - \cos \mathrm{CZ}c) - \cos \mathrm{BZ} \sin \mathrm{CZ}c \tag{56}$$
$$\cos \mathrm{C}a = \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{CZ}(1 - \cos \mathrm{CZ}c) - \cos \mathrm{BZ} \sin \mathrm{CZ}c \tag{57}$$
$$\cos \mathrm{B}c = \cos \mathrm{BZ} \cos \mathrm{CZ}(1 - \cos \mathrm{BZ}c) - \cos \mathrm{AZ} \sin \mathrm{BZ}b \tag{58}$$
$$\cos \mathrm{C}b = \cos \mathrm{BZ} \cos \mathrm{CZ}(1 - \cos \mathrm{BZ}c) - \cos \mathrm{AZ} \sin \mathrm{BZ}b, \tag{59}$$

vbi anguli AZa, BZb, CZc quia inter se aequales, promiscue adhiberi possunt. Porro binas harum formularum inter se combinando obtinebimus:

$$\cos \mathrm{A}b + \cos \mathrm{B}a = 2 \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ}(1 - \cos \mathrm{AZ}a); \tag{60}$$
$$\cos \mathrm{A}b - \cos \mathrm{B}a = 2 \cos \mathrm{CZ} \sin \mathrm{AZ}a \tag{61}$$
$$\cos \mathrm{A}c + \cos \mathrm{C}a = 2 \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{CZ}(1 - \cos \mathrm{AZ}a); \tag{62}$$
$$\cos \mathrm{C}a - \cos \mathrm{A}c = 2 \cos \mathrm{BZ} \sin \mathrm{AZ}a \tag{63}$$
$$\cos \mathrm{B}c + \cos \mathrm{C}b = 2 \cos \mathrm{BZ} \cos \mathrm{CZ}(1 - \cos \mathrm{AZ}a); \tag{64}$$
$$\cos \mathrm{B}c - \cos \mathrm{C}b = 2 \cos \mathrm{AZ} \sin \mathrm{AZ}a \tag{65}$$

Denique egregia ista hinc colligitur proprietas, quod sit

$$\cos^2 \mathrm{A}b - \cos^2 \mathrm{B}a = \cos^2 \mathrm{B}c - \cos^2 \mathrm{C}b = \cos^2 \mathrm{C}a - \cos^2 \mathrm{A}c \tag{66}$$
$$= 4 \cos \mathrm{AZ} \cos \mathrm{BZ} \cos \mathrm{CZ} \sin \mathrm{AZ}a(1 - \cos \mathrm{AZ}a), \tag{67}$$

siue

$$\cos 2\mathrm{A}b - \cos 2\mathrm{B}a = \cos 2\mathrm{B}c - \cos 2\mathrm{C}b = \cos 2\mathrm{C}a - \cos 2\mathrm{A}c. \tag{68}$$

12. Si in valoribus supra pro cos Ab, cos Ba, cos Ca, cos Bc, cos Cb inuentis, loco cos AZ, cos BZ, cos CZ, cos AZa et sin AZa substituantur eorum valores per cos Aa, cos Bb, cos Cc expressi, cosinus priorum istorum arcuum, quoque per arcus Aa, Bb, Cc habebuntur definiti. Vt autem hoc facilius fiat, ponamus

$$\sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{A}a = \alpha; \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{B}b = \beta; \sin^2 \frac{1}{2}\mathrm{C}c = \gamma; \tag{69}$$

ex quo colligitur

$$\cos \mathrm{AZ} = \sqrt{\frac{\beta+\gamma-\alpha}{\beta+\gamma+\alpha}}; \qquad \cos \mathrm{BZ} = \sqrt{\frac{\alpha+\gamma-\beta}{\alpha+\beta+\gamma}}; \qquad \cos \mathrm{CZ} = \sqrt{\frac{\alpha+\beta-\gamma}{\alpha+\beta+\gamma}}; \tag{70}$$

tumque $1 - \cos$ AZa $= \alpha+\beta+\gamma$; $\sin \frac{1}{2}$ AZa $= \sqrt{\frac{\alpha+\beta+\gamma}{2}}$, hinc $\cos \frac{1}{2}$ BZb $= \sqrt{\frac{2-(\alpha+\beta+\gamma)}{2}}$ et $\sin \mathrm{AZ}a = \sqrt{(\alpha+\beta+\gamma)(2-\alpha-\beta-\gamma)}$.

His igitur valoribus substitutis, consequemur

$$\cos \mathrm{A}b = \sqrt{(\beta+\gamma-\alpha)(\gamma+\alpha-\beta)} + \sqrt{(\alpha+\beta-\gamma)(2-\alpha-\beta-\gamma)} \tag{71}$$

$$\cos \mathrm{B}a = \sqrt{(\beta+\gamma-\alpha)(\gamma+\alpha-\beta)} - \sqrt{(\alpha+\beta-\gamma)(2-\alpha-\beta-\gamma)} \tag{72}$$

$$\cos \mathrm{B}c = \sqrt{(\alpha+\beta-\gamma)(\gamma+\alpha-\beta)} + \sqrt{(\gamma+\beta-\alpha)(2-\alpha-\beta-\gamma)} \tag{73}$$

$$\cos \mathrm{C}b = \sqrt{(\alpha+\beta-\gamma)(\gamma+\alpha-\beta)} - \sqrt{(\gamma+\beta-\alpha)(2-\alpha-\beta-\gamma)} \tag{74}$$

$$\cos \mathrm{C}a = \sqrt{(\beta+\gamma-\alpha)(\beta+\alpha-\gamma)} + \sqrt{(\alpha+\gamma-\beta)(2-\alpha-\beta-\gamma)} \tag{75}$$

$$\cos \mathrm{A}c = \sqrt{(\beta+\gamma-\alpha)(\beta+\alpha-\gamma)} - \sqrt{(\alpha+\gamma-\beta)(2-\alpha-\beta-\gamma)} \tag{76}$$

Vbi quidem obseruare conuenit, hos valores figurae nostrae esse accomodatos, caeterumque binos inter se esse permutabiles, ita vt si pro cos Ab adhibeatur $\sqrt{(\beta+\gamma-\alpha)(\gamma+\alpha-\beta)} - \sqrt{(\alpha+\beta-\gamma)(2-\alpha-\beta-\gamma)}$, tum statuendum esse

$$\cos \mathrm{B}a = \sqrt{(\beta+\gamma-\alpha)(\gamma+\alpha-\beta)} + \sqrt{(\alpha+\beta-\gamma)(2-\alpha-\beta-\gamma)} \tag{77}$$

vnde colligitur producta cos Ab cos Ba; cos Bc cos Cb; cos Ca cos Ac, semper rationaliter per α, β, γ exprimi. Fiet autem

$$\cos \mathrm{A}b + \cos \mathrm{B}a = 4\alpha\beta - 2(\alpha+\beta-\gamma), \tag{78}$$

quae valoribus debitis substitutis, simili modo colligetur esse,

$$\cos \mathrm{B}c + \cos \mathrm{C}b = \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{A}a \quad \text{et} \quad \cos \mathrm{C}a + \cos \mathrm{A}c = \cos \mathrm{C}c \cos \mathrm{A}a - \cos \mathrm{B}b \tag{79}$$

quas aequationes infra independenter a consideratione puncti Z, demonstrabimus.

Lemma II.

13. *Si conuersione sphaerae (Fig. 9) circa centrum suum fixum, puncta* A, B, C *quadrantibus inter se inuicem distantibus, peruenerint in puncta* a, b, c *et arcuum* AB, ab; AC; ac; BC; bc *intersectiones sint in punctis* γ, β, α; *erit arcus* Bb=ang. Aβa = Cβc; Aa = Bαb=Cαc; Cc = Aγa=Bγb;

Demonstratio.



Ducantur arcus Bβ, bβ et ob arcus AB=BC=90°, erit quoque Bβ = 90° et ang. BβA=90°, tum vero ob $ba = bc = 90°$, erit item $b\beta = 90°$ et ang. $b\beta$A=90°, vnde deducitur BβA=$b\beta a$ et Bβb=Aβa; atqui ob B$\beta = b\beta = 90°$, mensura anguli Bβb est arcus Bb; hinc idem arcus aequabitur angulo Aβa. Simili plane ratione ostenditur esse Aa=ang. Bαb et Cc= ang. Aγa.

Lemma III.

14. *In Tetragono* ACcb, *quod componitur ex arcubus circulorum maximorum in superficie sphaerica, si fuerit* AC=bc=90°, erit

$$\cos \mathrm{A}b = \sin \mathrm{AC}c \sin b c\mathrm{C} - \cos \mathrm{C}c \cos \mathrm{AC}c \cos bc\mathrm{C} \tag{80}$$

Demonstratio.

Ducatur arcus bC, eritque cos Ab = sin bC cos ACb, hincque ob ACb = AC$c - b$Cc,

$$\cos \mathrm{A}b = \sin b\mathrm{C}(\cos \mathrm{AC}c \cos b\mathrm{C}c + \sin \mathrm{AC}c \sin b\mathrm{C}c) \tag{81}$$

Iam notetur esse:

$$\sin b\mathrm{C} \sin b\mathrm{C}c = \sin bc\mathrm{C} \text{ et } \cot b\mathrm{C}c = -\cos \mathrm{C}c \cot bc\mathrm{C}, \text{ hincque etiam}$$
$$\sin \mathrm{C}b \cos b\mathrm{C}c = -\cos \mathrm{C}c \cos bc\mathrm{C},$$

his igitur valoribus substitutis, sit

$$\cos \mathrm{A}b = \sin \mathrm{AC}c \sin bc\mathrm{C} - \cos \mathrm{C}c \cos \mathrm{AC}c \cos bc\mathrm{C} \tag{82}$$

Theorema II.

15. *Si conuersione sphaerae circa centrum suum fixum, puncta* A, B, C *quadrantibus inter se distantia peruenerint in puncta* a, b, c, *et ducti supponantur arcus circulorum maximorum,* Aa, Ab, Ac, Ba, Bb, Bc, Ca, Cb, Cc, *sequens expressio semper ad nihilum redigetur*

$$\begin{aligned}(1-\cos \mathrm{A}a)(1-\cos \mathrm{B}b)(1-\cos \mathrm{C}c) \quad &+ \quad \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b(1-\cos \mathrm{A}a) - \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}a \\ &+ \quad \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a(1-\cos \mathrm{B}c) - \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}b \cos \mathrm{B}a \\ &+ \quad \cos \mathrm{C}b \cos \mathrm{B}c(1-\cos \mathrm{C}c)\end{aligned} \tag{83}$$

Demonstratio.

Ex elementis Trigonometriae Sphaericae constat, esse in triangulo $\mathrm{A}\beta a$

$$\cos \mathrm{A}\beta a = \cos \mathrm{A}a \sin \beta\mathrm{A} \sin \beta a\mathrm{A} - \cos \beta\mathrm{A}a \cos \beta a\mathrm{A}, \tag{84}$$

hinc ob $\mathrm{A}\beta a$=Bb; $\beta\mathrm{A}a$=B$\mathrm{A}a - 90°$; $\beta a\mathrm{A}$=$ba\mathrm{A}$+90°, ita vt sit

$$\sin \beta\mathrm{A}a = -\cos \mathrm{BA}a \quad \text{et} \quad \cos \beta\mathrm{A}a = \sin \mathrm{BA}a, \quad \text{tumque} \tag{85}$$

$$\sin \beta a\mathrm{A} = \cos ba\mathrm{A} \quad \text{et} \quad \cos \beta a\mathrm{A} = -\sin ba\mathrm{A}, \quad \text{colligitur} \tag{86}$$

$$\cos \mathrm{B}b = \sin \mathrm{BA}a \sin ba\mathrm{A} - \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{BA}a \cos ba\mathrm{A}. \tag{87}$$

Simili ratione ex consideratione trianguli $\mathrm{A}\gamma a$ deducitur,

$$\cos \mathrm{A}\gamma a = \cos \mathrm{A}a \sin \mathrm{BA}a \sin ba\mathrm{A} - \cos \mathrm{BA}a \cos ba\mathrm{A} \cos ba\mathrm{A}, \tag{88}$$

seu ob ang. $\mathrm{A}\gamma a$=arc. Cc; cos Cc = cos Aa sin BAa sin baA−cos BAa cos baA.
Si prior harum aequationum multiplicetur per cos Aa, obtinebimus

$$\cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b = \cos \mathrm{A}a \sin \mathrm{BA}a \sin ba\mathrm{A} - \cos^2 \mathrm{A}a \cos \mathrm{BA}a \cos ba\mathrm{A}, \tag{89}$$

hinc igitur subtracta posteriori nostra aequatione, colligitur

$$\cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c = (1-\cos^2 \mathrm{A}a) \cos \mathrm{BA}a \sin ba\mathrm{A} = \sin^2 \mathrm{A}a \cos \mathrm{BA}a \sin ba\mathrm{A} \tag{90}$$

atqui est sin Aa cos BAa=cos Ba, et sin Aa cos baA=cos Ab, fiet igitur

$$\cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{C}c = \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a. \tag{91}$$

Porro ex consideratione trianguli Bγb colligitur:

$$\cos \mathrm{B}\gamma b = \cos \mathrm{C}c = \sin \mathrm{B}b \sin \mathrm{AB}b \sin ab\mathrm{B} - \cos \mathrm{AB}b \cos ab\mathrm{B}, \tag{92}$$

tumque ex triangulo Bab

$$\cos \mathrm{A}a = \cos \mathrm{B}ab = \cos \mathrm{B}b \sin \mathrm{CB}b \sin cb\mathrm{B} - \cos \mathrm{CB}b \cos cb\mathrm{B}. \tag{93}$$

Prior autem ob ABb=CB$b - 90°$ et abB=cbB+90°, in istam transformatur,

$$\cos \mathrm{C}c = \sin \mathrm{CB} \sin cb\mathrm{B} - \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{CB}b \cos cb\mathrm{B}, \tag{94}$$

multiplicata hac aequatione per cos Bb, et subtracta inde illa pro cos Aa, colligimus demum:

$$\cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{A}a = (1 - \cos^2 \mathrm{B}b) \cos \mathrm{CB}b \cos cb\mathrm{B} = \sin^2 \mathrm{B}b \cos \mathrm{CB}b \cos cb\mathrm{B} \tag{95}$$

Ex quo manifesto deducitur

$$\cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{A}a = \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b. \tag{96}$$

Simili ratione quoque ostenditur esse,

$$\cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{B}b = \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a. \tag{97}$$

Deinde pro quadrilatero ACcb, habemus per Lemma nostrum III:

$$\cos \mathrm{A}b = \cos \mathrm{AC}c \sin bc\mathrm{C} - \cos \mathrm{C}c \cos \mathrm{AC}c \cos bc\mathrm{C} \tag{98}$$

et pro quadrilatero aCcB, vi eiusdem Lemmatis:

$$\cos \mathrm{B}a = \sin \mathrm{BC}c \sin ac\mathrm{C} - \cos \mathrm{C}c \cos \mathrm{BC}c \cos ac\mathrm{C}. \tag{99}$$

Quum nunc sit BCc=AC$c - 90°$; acC=bcC$-90°$, obtinebimus,

$$\cos \mathrm{B}a = \cos \mathrm{AC}c \cos bc\mathrm{C} - \cos \mathrm{C}c \cos \mathrm{AC}c \cos bc\mathrm{C}, \tag{100}$$

hincque

$$\cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{C}c + \cos \mathrm{B}a = (1 - \cos^2 \mathrm{C}c) \cos \mathrm{AC}c \cos bc\mathrm{C} = \sin^2 \mathrm{C}c \cos \mathrm{AC}c \cos bc\mathrm{C}, \tag{101}$$

siue ob

$$\cos \mathrm{A}c = \sin \mathrm{C}c \cos \mathrm{AC}c \quad \text{et} \quad \cos \mathrm{C}b = \sin \mathrm{C}c \cos bc\mathrm{C}, \tag{102}$$

$$\cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{C}c + \cos \mathrm{B}a = \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}b. \tag{103}$$

Simili ratione demonstrabitur esse:

$$\cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c = \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{A}c + \cos \mathrm{C}a, \tag{104}$$

multiplicata igitur priori aequatione per cos Ba et posteriori per cos Ca, additisque productis, consequemur:

$$1.\quad \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}b \cos \mathrm{B}a = \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{C}c + \cos^2 \mathrm{B}a \tag{105}$$
$$2.\quad \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}a = \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{B}b + \cos^2 \mathrm{C}a \quad \text{hinc} \tag{106}$$
$$\begin{aligned} 3.\quad & \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}a + \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}b \cos \mathrm{B}a \\ & = \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{C}c + \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{B}b + \cos^2 \mathrm{B}a + \cos^2 \mathrm{C}a \\ & = \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{C}c + \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{B}b + 1 - \cos^2 \mathrm{A}a \end{aligned} \tag{107}$$

ob $\cos^2 \mathrm{A}a + \cos^2 \mathrm{B}a + \cos^2 \mathrm{C}a = 1$.
Introducatur nunc hic valor pro $\cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}a + \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}b \cos \mathrm{B}a$, in expressione nostra ad nihilum redigenda, cuius reliquos quoque terminos euolutos statuamus, vt eo melius appareat, quomodo singuli inuicem se destruant. Ad nihilum igitur redigi debebit haec expressio

$$\begin{array}{lll} - & \cos \mathrm{A}a + \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{C}c & - \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b + \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b \cos \mathrm{A}a \\ - & \cos \mathrm{B}b + \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{C}c & - \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a + \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{B}b \\ - & \cos \mathrm{C}c + \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b & - \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a + \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{C}c \\ & & - \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{C}c \\ & 1 + \cos^2 \mathrm{A}a & - \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{B}b \end{array}$$

Deletis autem terminis, qui manifesto se tollunt, obseruemus etiam per demonstrata esse:

$$\begin{aligned} -\cos \mathrm{A}a + \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b &= 0 \\ -\cos \mathrm{B}b + \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{C}c - \cos \mathrm{A}c \cos \mathrm{C}a &= 0 \\ -\cos \mathrm{C}c + \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b - \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a &= 0 \end{aligned}$$

Denique etiam

$$\cos^2 \mathrm{A}a - \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{C}c + \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{C}b = 0 \tag{108}$$

ita vt iam perfecte euictim sit, formulam istam propositam nihilo aequari.

Alia Demonstratio.

16. Quum prior demonstratio Geometrica sit et ex consideratione figurae deducta, nunc aliam insuper addamus Analyticam, quippe quae aequationibus in §. 5 allatis inuitetur. Ex aequatione igitur IV deducimus,

$$\cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{A}b + \cos \mathrm{B}a \cos \mathrm{B}b = -\cos \mathrm{C}a \cos \mathrm{C}b \tag{109}$$

et sumendo quadrata,

$$\begin{aligned} \cos^2 \mathrm{A}a \cos^2 \mathrm{A}b \;&+\; \cos^2 \mathrm{B}a \cos^2 \mathrm{B}b + 2 \cos \mathrm{A}a \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}a = \cos^2 \mathrm{C}a \cos^2 \mathrm{C}b \\ &= \; (1 - \cos^2 \mathrm{A}a - \cos^2 \mathrm{B}a)(1 - \cos^2 \mathrm{B}b - \cos^2 \mathrm{A}b) \end{aligned} \tag{110}$$

per aequationes I et II. Euolutione igitur facta posterioris membri, et deletis terminis, qui se mutuo tollunt, consequemur:

$$\begin{aligned} & 2\cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}b\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a = 1-\cos^2\mathrm{A}a-\cos^2\mathrm{B}a-\cos^2\mathrm{B}b-\cos^2\mathrm{A}b \qquad (111)\\ + & \cos^2\mathrm{A}a\cos^2\mathrm{B}b+\cos^2\mathrm{A}b\cos^2\mathrm{B}a = \cos^2\mathrm{C}a+\cos^2\mathrm{C}b-1+\cos^2\mathrm{A}a\cos^2\mathrm{B}b+\cos^2\mathrm{A}b\cos^2\mathrm{B}a. \end{aligned}$$

Quum igitur sit (Fig. 4),

$$\cos^2\mathrm{C}a+\cos^2\mathrm{C}b-1 = -\cos^2\mathrm{C}c, \qquad (112)$$

habebimus

$$2\cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}b\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a = \cos^2\mathrm{A}a\cos^2\mathrm{B}b+\cos^2\mathrm{A}b\cos^2\mathrm{B}a-\cos^2\mathrm{C}c \qquad (113)$$

tumque

$$\begin{aligned} (\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a-\cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}b)^2 &= \cos^2\mathrm{C}c, \quad \text{et}\\ \cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a-\cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}b &= \pm\cos\mathrm{C}c. \qquad (114) \end{aligned}$$

Quum hic pro cos Ab cos Ba duplex reperiatur valor, ratio istius duplicatis ita explicari potest, vt si concipiatur punctum c' quod ipsi c e diametro est oppositum, esse oporteat:

$$\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a = \cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}b-\cos\mathrm{C}c \quad \text{et} \quad \cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a = \cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}b+\cos\mathrm{C}c'. \qquad (115)$$

Ex meris autem istis principiis Analyticis minime demonstrari potest, assumi debere

$$\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a = \cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}b-\cos\mathrm{C}c, \qquad (116)$$

non vero item

$$\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}a = \cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}b+\cos\mathrm{C}c'; \qquad (117)$$

quicquid tamen sit supponamus priorem aequationem locum habere. Tum vero quoque eundem in modum ostendi potest, esse

$$\cos\mathrm{A}c\cos\mathrm{C}a = \cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{C}c-\cos\mathrm{B}b \quad \text{et} \quad \cos\mathrm{B}c\cos\mathrm{C}b = \cos\mathrm{B}b\cos\mathrm{C}c+\cos\mathrm{A}a. \qquad (118)$$

Porro obseruetur, praeter illas aequationes §. 5 allatas, etiam sequentes locum habere:

$$\begin{aligned} &\text{VII.} && \cos^2\mathrm{A}a+\cos^2\mathrm{A}b+\cos^2\mathrm{A}c = 1, && (119)\\ &\text{VIII.} && \cos^2\mathrm{B}a+\cos^2\mathrm{B}b+\cos^2\mathrm{B}c = 1, && (120)\\ &\text{IX.} && \cos^2\mathrm{C}a+\cos^2\mathrm{C}b+\cos^2\mathrm{C}c = 1, && (121)\\ &\text{X.} && \cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{B}a+\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}b+\cos\mathrm{A}c\cos\mathrm{B}c = 0, && (122)\\ &\text{XI.} && \cos\mathrm{B}a\cos\mathrm{C}a+\cos\mathrm{B}b\cos\mathrm{C}b+\cos\mathrm{B}c\cos\mathrm{C}c = 0, && (123)\\ &\text{XII.} && \cos\mathrm{A}a\cos\mathrm{C}a+\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{C}b+\cos\mathrm{A}c\cos\mathrm{C}c = 0. && (124) \end{aligned}$$

Nunc per aequationem X colligimus:

$$\begin{aligned} & \cos^2\mathrm{A}b\cos^2\mathrm{B}b+\cos^2\mathrm{A}c\cos^2\mathrm{B}c+2\cos\mathrm{A}b\cos\mathrm{B}c\cos\mathrm{B}b\cos\mathrm{A}c\\ = & \cos^2\mathrm{A}a\cos^2\mathrm{B}a = (1-\cos^2\mathrm{A}b-\cos^2\mathrm{A}c)(1-\cos^2\mathrm{B}b-\cos^2\mathrm{B}c) \qquad (125) \end{aligned}$$

per aequat. VII et VIII. Hinc facta euolutione prodit:

$$\begin{aligned} & 2\cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{A}c = 1 - \cos^2 \mathrm{A}b - \cos^2 \mathrm{A}c - \cos^2 \mathrm{B}b - \cos^2 \mathrm{B}c \\ + \; & \cos^2 \mathrm{A}b \cos^2 \mathrm{B}c + \cos^2 \mathrm{B}b \cos^2 \mathrm{A}c = \cos^2 \mathrm{A}a + \cos^2 \mathrm{B}a - 1 + \cos^2 \mathrm{A}b \cos^2 \mathrm{B}c \\ + \; & \cos^2 \mathrm{B}b \cos^2 \mathrm{A}c = \cos^2 \mathrm{A}b \cos^2 \mathrm{B}c + \cos^2 \mathrm{B}b \cos^2 \mathrm{A}c - \cos^2 \mathrm{C}a, \end{aligned} \tag{126}$$

per aequat. I. §. 5. Manifesto autem hinc colligitur:

$$(\cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c - \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{A}c)^2 = \cos^2 \mathrm{C}a, \tag{127}$$

ideoque

$$\cos \mathrm{A}b \cos \mathrm{B}c - \cos \mathrm{B}b \cos \mathrm{A}c = \pm \cos \mathrm{C}a, \tag{128}$$

